TABVLÆ

AD GRAMMATICA GRÆCA INTRODVCTORIÆ.

IN QVIBVS

Succinctè compingitur, breviſſima, ſed tamen expedita, ſingularum partium orationis declinabilium, Variandi ratio.

Acceſſit

Veſtibuli vice, ad eandem linguam μεθοδικὴ, in gratiam tyronum, quibus vt convenit explicatiora evolvere, ita neceſſe eſt hæc ipſa ad vnguem tenere.

PLVTARCHVS

τῇ χειρὶ δεῖ ἁπτέον, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

OXONIÆ,

Excudebat Ioſephus Barneſius. 1607.

AD GRAM
MATICA GRÆCA
INTRODVCTORIÆ

PIETATIS ET ERVDITIONIS nexu, non ſpectabili minùs, quàm ſuſpiciendo viro, D.D. HOLLANDO, *SS. Theologiæ Profeſſori regio*, omnibus à me nominibus patrono venerando.

IMpoſitum à te penſum (vir præſtantiſſime) ſuperioribus Penteco-ſtes feriis, & aggreſſus ſum, & abſolui; quàm dextrè autem, edo & tibi nuncupo, vt faciliùs de illo æſtimares. Quamvis non eo animo pertexuerim, vt publici iuris eſſet: ſed ad tyrunculos privatim manuducendos; qui extorſerunt tandē vt excuderetur, ad ſublevandum in talibus minutijs deſcribendi tædium. Compendium huiuſmodi eſt, quod nec deterreat ſegnes, nec properantes diù detineat; quo initiati, potiùs quàm inſtituti, non refugiant incipientes quæ tam brevi comparentur. Itaq; amputatis haud ità neceſſarijs, nucleū tantùm exhibeo; ita demenſum, vt ſex ſeptimanæ diebus, totidē ſectiones reſpondeant. Non exſpectes aliquid magni in his anguſtijs præter nomen tuū; quod dignare quæſo prafixum huic ſynopſi, quæ iuſſu tuo coaluit. Fuiſti enim tu

author, author vt ego essem; cui si omnia quæ possum, repẽderem; restabit tamen semper quod debeam. Animadvertite sæpiùs non minùs hanc linguam diligere, quàm intelligere; stimulos illud mihi admovit, aliquid ex hac parte tentandi; quod vtcunq; tuæ celebritati parùm conveniat, habeant tamen tui Gulielmus, Brianus, *&* Eduardus, *optimæ spei filioli, quæ ad paternas in hac linguâ gazas facem præferant.* Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας, ὥσπερ τὴν οὐσίαν, οὕτω καὶ τὴν φιλίαν τὴν πατρικὴν, *addo etiam καὶ πασῶν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν κληρονομεῖν.*

Isocrates ad Demonicum

Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.

Virgil. 3. Æneid.

Ipse illud æs grande quod tibi solvendo non sum, illiùs cõtendam numerare; quibus cùm omnia quæ possum largiar, refero tantùm gratiam, non ineo; beneficium siquidem non confero, sed reddo depositum: si non vt par fuit, saltèm vt in his angustijs potui. Erit (vt spero) tempus, quo quod tota tibi debet respublica literaria, aliquis vberiùs persolvat. Interim boni consulas, maximæ observantiæ, minimum hoc testimonium, præsertim illius,

Qui dignitati tuę se ęternùm addixit.

Jo. Prideaux.

In Isocratis Busiridem de Græcæ linguæ studio, Præfatio.

ISocratem vobis interpretaturo (lectissimi Adolescentes) & Athenienſem, & oratorem; ineptum videtur eſſe procœmiũ prę mittere, cum hoc & [a] Athenienſibus lege vetitum, & oratoribus illius civitatis invſitatum. Veruntamen cùm non hodiè in Areopago verſemur, ſed in liberioribus Muſarum vmbraculis, vbi non tam prę fari licet, quàm expedit; cumq; ea ſit veſtra exſpectatio, ea loci conſuetudo, ea muneris mei ratio, ea rei tractandæ conditio, quę prę fatiunculam ſaltèm aliquam in limine exigat: non ferendus eſt hìc Areopagi rigor; prę ſertìm cũ, & author noſter Iſocrates in hac laudatione Buſiridis, procœmium adhibuerit; & græci ſit illud Pindari,

[b] ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ, πρόσωπον
χρὴ θέμεν πλαυκὲς.

[a] *Sigonius de Rep. Athenienſ. lib. 3. cap. 3.*

[b] *Incipienti autem operi frontiſpicium oportet facere præfulgidum. Od 6.*

Quapropter antequam illud penſum aggredior, quod neceſſariò magis incumbit, date veniam (Auditores) pauliſper expatiandi, & me de veſtris ſtudijs, de linguâ omnium limatiſſimâ paucula inconcinnè congerentem, candidè auſcultate. Quod ſi vos eſtis ij verè φιλέλληνες, qui docentem potiùs græcè, quàm dicentem latinè, audire malueritis; ſi eo animo huc confluxeritis hodie, non tam hæc quæ nunc dico arripiendi, quàm quæ poſthac ſum ex hoc loco dicturus:

efficiam profectò vt hæc duo (omissis cæteris) facilè intelligatis. Primo, *Græcam linguã omnibus artibus & scientiis εἰς τὰ πρῶτα esse necessariam.* Deinde, *Non tot obstructam difficultatibus, quin vnius anni curriculo quodammodò percipiatur.*

Ac necessitas quidem hujus linguę ejusmodi est, quę maximè vestros animos excitare atq; inflammare debet; quâ, non vt cæteris, quas aucupamur, linguis carere possimus; nisi in cæteris quas tenemus linguis, hæsitantia sequeretur. Ecquid enim animadvertimus Grammaticen nostram Latinam è Græcis literis & rudimentis quamplurima mutuari? Latinos si fortè interrogemus, quomodo γ *Harpyas*, ϛ *Zephyros*, ε *Xistos* characteribus exprimerent, cogerentur ζ, υ, & ξ, è græcis nostris necessariò emendicare. Etymologiã si quis latinam non semigræcam agnoscat, næ ille ferulæ supplicio meritò adjudicaretur. Quis enim non Græcorũ aspersus sale commodè expedier, illud *Virgilij*, η *Androgeo galeam*] illud *Horatij*, *Desine querelarum*] illud Statij, *Venerande Melampû*] illud Sidonij. *Carmina Saphûs*] illud Silij Jtalici, *Consul non desinit iræ*] illud Livij Andronici, *filius Latonas*] illud Ovidij, *Phyllidos ignes*] & similia? poteritne vel studiosissimum latinitatis poetam inspicere, in quo helleniſmi huiusmodi non vbiuis occurrunt? Itaq; declinationibus latinis græcas attexuerunt Grammatici, imò characteribus Romanis græcas adiunxit noster Lilius, vt vtriusq; linguæ cognatio luculentiùs enotesceret. Syntaxin si vacaret percurrere, quot illa græcismis scatet operosum esset recensere. Hinc *Atticismi*, *Periphrases*, *pleonasmi* a ϛ Goclenio obser-

γ Apud Virg. 3. & 6. Aeneid. ex Hesiodo in The.

η Apud Plinium lib. 18. cap. 34. ex Arist. de Mundo.

ε Apud Ciceronem lib. de claris oratorib. & Vitruv. lib. 6. cap. 11. è Zenophonte in Oecon.

ζ Vide Goclenium in Analectis pag. 429. Stockwoodium in calce quæstionum Grammaticalium. Posselium & Frischlinum sparsim in Syntaxi: & alios.

ϛ In Anal. loco citato. Vide etiam Bartholomęi Alexandri orationem inter illas Rami pag. 224. et Grammat. vulgar. ad declinationẽ primam.

obſervati, quorum fontem nobis Græcia aperuit. Quę-rerem libentiſſimè à Grammaticaſtro puro puto latino, quibus nixus regulis, vel *Auras memor*] vt virgilius, vel *illud aſſentior*] vt Cicero, vel *ſolicitus vicem*] vt Livius, vel *iraſci vicem*] vt Curtius, vel *tempora animad. vertendum*] vt Varro, vel hujuſmodi vſurparet; quò ſe (quæſo) verteret? vel quæ noua rudimẽta procuderet? Equidem ſi græcos authores non appellet, illorũ Grãmaticos non conſulat, illorum dialectos non obtendat, horum decretis ſe non muniat, deminuti capitis Priſciani à quolibet arceſſeretur. Sed quid ego in Grammatices trivijs ſolicititiùs hæreo? Rhetoricen, Dialecticen, Theologiam, omnes illas artes (quas ſub Philoſophiæ nomine comprehendimus) videre videor habitu græco aſtantes, quæ non ſolùm ortum Gręcię, ſed terminos etiam, quibus explicãtur, acceptos referunt. In Rhetoricis tot *Troporum* & *Schematum* phalanges, tot illorum affectiones *Allegoriæ*, *Catachreſes*, *Hyperbolæ*, non alio nobis nomine quàm gręco innoteſcunt. In Dialecticis quid *Categoriis*, *Syllogiſmis*, *Analyticis*, *Topicis*, *Elenchis* familiarius? quę tamen & ſexcenta huiuſmodi, è Gręcia tranſmigrarunt. Arithmetice ſuas *Proſthapharęſes*, *Analogias*, *Homologias*, *Apotomas* è Gręciâ deriuauit. De Geometriâ verò quid dicam? hîc qui gręca neſcit, attonitus obſtupeſcit. *Peripheria*, *Helix*, *Hippopeda*, *Cittois*, *Choncois*, *pelecoides*, *ſyſtroides*, *Ceratoides*, *Amblygonium*, *Orthogonium*, *Oxygoniũ*, *Iſoſceles*, *Scalenum*, *Iſopleurum*, *Rhombus*, *Rhomboides*, *Trapezia*, *parallela*, *parallelogrammum*, *parallelipipedũ*, *tetragoniſmus*, *priſma*, *polyhedrũ*, &c: paſſim illic obvia, quę

quæ in Dictionario latino incassùm quæreres. Et vt strictiùs instem in cæteris, vnde hæc in parte Astronomiæ Spærica, *Zodiacus*, *Horizon*, *Colurí*, *Poli*, *Tropici*, nisi ab ipsâ Græciâ? Quis *Epicyclos*, *Apogæum*, *Perigæum*, in Planetis; in Luna, *Synodum*, *Amphicyrtum*, *panselenum*; in aspectibus, *Trigonum*, *Tetragonum*, nobis suppeditauit, præter ipsam Græciam? Græca sunt illa in poematis, *Propemptica*, *Apobateria*, *Palindroma*, *Epicedia*; in versibus, *Catalecticus*, *Acatalecticus*, *Brachycatalecticus*, *hypercatalecticus*; in pedibus, *Spõdæus*, *Dactylus*, et qui sequitur Catologus. Græca in Musicis, *Pausa*, *Arsis*, *Thesis*, *Diapason*, *Diapente*, *Diatessaron* et omnia chordarum nomina, à *Prosłambanomene* ad *Nete Hyperbolæon*. Græca in opticis, *Diaphanus*, *Cathetus*, *Conus*, *Pyramis*. Græca in naturali Philosophiâ, *Meteoron*, *Cometes*, *Iris*, *Galaxia*. Græca in disciplinâ ciuili, *Monarchia*, *Aristocratia*, *Democratia*, *Anarchia*, *œconomia*. Græca in Iurisprudẽtiâ, *Pandecta*, *Paragraphus*, *Syngrapha*. Græca in Medicinâ, *Arthrodia*, *Syncondrosis*, *Ginglimos*, *Gomphosis*, *Symptoma*, *Paroxismus*, et omnia penè morborum nomina. Græca in Latinę Linguę addictissimo Cicerone, *Acroama* pro Archia, *Diploma*, in Pisonem, *Ephemeris*, pro Quintio, *Monogrammi* dij de Natura deorum, *Peristroma* & *Gynecæum* in Antonium, *Octophorus*, & *Pseudothyrum* in Verrem. Deniq; ne persequi viderer singula, quę sunt pęnè infinita, *Hypostasis*, *Idioma*, *Homousios*, *Baptismus*, *Monachus*, *Papa*, *Diabolus*, apud Theologos (quod sciam) latinis vocabulis vix commodè exprimuntur. Et vt tandem sẽtiant huius linguę rudes, quantâ in caligine versantur,

pro-

profero clarâ voce paradoxon, vt omnes animaduertant; attendite (Adoleſcentes ſelectiſſimi) quid audacter aſſero; quicunq; inter vos græcę linguę eſt penitùs ignarus, tantùm abeſt à ſcientiarum excellentiâ, vt ipſarum nomina non probè intelligat. Quid enim *Grãmatice, Logice, Rhetorice,* (vt notiſſimis tantùm inſiſtam) annon nominibus græcis inſigniuntur? nonnè Græcam vendicant proſapiam tritiſſima in hiſce ſpatijs vocabula, *Ethica, Phyſica, Metaphyſica*? quinimmò in linguam noſtram vernaculam ita ſe hodiè inſinuauit græca, vt ſine hac, fabulas et comædias [a] Anglicanas vix intelligentèr legas. Non hic (quod iure poſſim) infarcio, Platonem, Euclidem, Ptolomeum, & (quem meritò colimus) Ariſtotelẽ, græcè ſcripſiſſe: nec attexo Terentiũ à Menandro, Virgilium à Theocrito, Heſiodo, Homero, Horatium à Pindaro, Ciceronem à Demoſthene, & ab hoc noſtro Iſocrate (teſte Quintiliano) præcipua quæq; delibaſſe. magnificè hæc illuſtrarent Græcorum encomia, ſed ego (his neglectis) neceſſitatem tantùm vrgeo. Atq; ſi vlla nobis inſit pudoris tinctura, hæc nos vreret, hæc in ruborem daret meditatio. Egonè Ariſtotele præceptore glorior, qui quid ipſe ſcripſit Ariſtoteles nũquam intellexi? Ego Academici intumeſcã titulo, qui pueris ruri balbutiẽtibus ſum multò imperitior? quâ ſpe occultiora penetrem, qui obuia Græcorũ fragmenta, latinæ aut vernaculæ linguæ inſperſa, diſcernẽdo non ſum? Indignabundus hæc loquor (Auditores) etenim ferẽda non eſt noſtra, hac ex parte ſocordia; qui cũ vafriculis neſcio quibus argutiolis elucubratiùs invigilemus, ſubſiciuas huic ſtudio horas grauamnr im-

[a] *Vt*, Heureſis, Anamneſtes, Acraſia, *in Lingua.* Aſotus, Proſaites, moria &c. *In Cynthias Revells.*

pertire. Atq; hinc crebri illi ſolæcilmi (vt recte obſer-
uat in libro de abuſu græcæ linguæ Henricus Stepha-
nus) quos iã vſus apud nos inquilinos reddidit, generis
Capite. 1. pro genere, vt hoc *Symbolum Symboli*, pro hæc *Symbola*
Symbola] declinationis pro declinatione, vt hæc *Hebdo-*
Capite. 2. *mada Hebdomade*, pro hæc *Hebdomas Hebdŏadis*] nume-
Cap. 3. ri pro numero, vt hæc *Grãmatica Grammatica*, pro hæc
Grammatica Grammaticorum] hinc illa nobis non re-
Cap. 6. prehenſa cacographia, *Chirurgus* primâ breui, & *Chira-*
gra, pro *Cherurgus* & *Cheragra*: *Stratagema* pro *State-*
gema] Illa ridicula apud Rhetores figurarum nomina,
Cap. 7. *Lyptote* pro *Litotes*, *Hendiadis* pro ἓν διὰ δύο, et ſimilia;
quæ non tam Grammaticis aſpergunt labem, quàm no
bis; qui exploſum illud antiquum iam pergimus revo-
care, *Græcum eſt non poteſt legi.* Atqui ſi aliquid ſit
quod ſcientiarum latices reddit inſipidos, illud profe-
ctò eſt græcæ linguæ ignoratio. Cur enim abſtruſi no-
bis videntur artium termini, niſi quia græca neſcimus?
Cur Philoſophos malè capimus? Quia gręca neſcimus.
Cur vim vocabulorum non aſſequimur? quia græca ne-
ſcimus. Cur ingratus Ariſtoteles, aſper Plato, lutulen-
tus Plutarchus legentibus nobis apparent? ratio reddi
non poteſt, niſi quia tralationum conſectemur vmbras,
græca neſcientes. Sed ſi cunabula rerum inſpicientes,
ipſas à primo (quod aiunt) ovo deducere potuiſſemus,
excitatior profectò eſſet mens noſtra ad difficultates
abſorbendas; & quæ nunc anxié ſcrutatur, cum volup-
tate imbiberet.

Sed hæc dum attentiùs vrgeo, erit forſan qui neceſ-
ſitatem agnoſcens, difficultatem caulabitur. Iam nũc
etiam

etiam circumſtrepit talis inter nos ſuſurrus. Magni facimus hanc linguam,& ſitienter appetimus: verùm πᾶν καλὸν χαλεπόν, plus negotij faceſſit, quam libentèr exantlaremus, allicit linguæ neceſſitas, ſed difficultas deterret. Equidem ſi græcas literas ſubitò acquirendas affirmarem, non ſatis verecundè dicere viderer. Quis enim neſcit, & multa in nominibus, plura in verbis, non pauca in ſyntaxi, dialectis, et accentibus, latere implicata, quæ abq; collecto & acri ſtudio, non dextrè eruantur? Veruntamen (ſi quid ipſe aſſequar) non video cur non multò citiùs græcus, quàm aut Latinus, aut Hebræus quiſpiam euaderet. De nobis loquor (Auditores) qui iã Latini ſumus, expeditior (inquam) eſt nobis grecæ linguæ acquiſitio, quàm aut olim fuit latinæ, vel nunc hebrææ. An quiſquam eſt qui hoc ignorat, qui latinam Gammaticen abſoluerit, non mediocres in græcâ progreſſus feciſſe? Orationis partes quas hic obſeruamus, à latinis didicimus, declinationũ (ſi contractiones eximas) non ita diſpar ratio. In verbis apertior diſcrepantia, ſed quæ partium indeclinabilium cõſẽſu, facillimè compenſatur. Quod ſi tam delicati ſimus, vt non poſſimus vel vnius ſeptimanæ tædium, in verbis ediſcendis deuorare; quâ ſpe hebraica aggrediamur, vbi præter defectiua, quieſcentia, & geminata, vnumquodq; perfectum verbum, per aſperitates ſeptem cõiugationum plerunq; variatur.

Difficilia quæ pulchra. Solon.

Accentuum græcorum nollem hic mentionem fieri; hos [a] Latina nobis proſodia iamdudum inſtillauit. Apud Hebræos verò tam implicita eſt hæc accentuum, & punctorum doctrina, vt citiùs multò græcè ſcribas,

[a] *Relegatur Reg. Gram. de Proſodia.*

vel loquare, quàm de Hæbraicis istis apiculis, vel pauxillulum comprehensi teneas. De Syntaxi deniq; græcorum quàm sub dio omnia? Noluit hanc Clenardus, de integro adolescẽtulis elucubrare, sed duxit esse satis sũmatim perstringere, quomodo hic vel alibi à latinâ deflectit, quod ipsum fusiùs proponunt duo celebres Grãmattici, Ramus & Frischlinus; ex quibus liquidò cõstat nec illum verè esse latinum qui græca ignorat, nec græca illum penitùs ignorare, qui latinis (vt oportet) inuigilauerit. Itaq; noster torpor est (Academici) non linguæ difficultas, quòd græci non sumus. Possumus linguam Gallicam, Hispanicã, Italicam, conductis magno magistris, citò arripere; & græcam eadem felicitate (si dijs placeat) non possimus? Suppetunt nobis tot anni ad latinas delicias, & ne horula quidem quotidiè vna vel altera, græcis impendatur? At Dialecticis tibi est incumbendum; at quia græcus tantò fructuosiùs. At tibi vsui sunt magis distinctiones Philosophicæ; at has huius linguæ beneficio intelligentiús eventiles. Sed latinitas tibi sufficit; at β Ciceroni minimè, qui græca cum latinis semper coniunxit: cumq; in ea incidimus tempora, vbi in forò, in suggestis, in curiâ, in campis, in omnibus omnium scriptis, græca audiuntur: hærebet nobis macula (Academici) si sublimiora spirantes, elementa nobis tam necessaria non teneamus. Potuitnè quatuor mensibus Iosephus Scaliger, omnes poëtas græcos evoluere, & ex his selectiora delibare, Grammaticen contexere: & nos totius anni circiculo, vel vnum forsitan Isocratem, vel Homerum absoluere non possimus? Tentemus aliquid per Musas (lectissimi Iue

β *In Principio officiorum*

Io. Scaliger. in vita patris sui Cæsaris Scaligeri.

venes)non pœnitebit(mihi credite)insumpti tẽporis; neſcitis adhuc quantúm ingenio valetis, priuſquàm ſemel & ſeriò periculum feceritis. Media quę ad hãc collimant metam non omninò deſunt; locus opportunus, Tempus accommodum, ętas matura, libri ſelecti: non herculeus à vobis eſt ſubeundus labor, tantinè videtur eſſe Camdeni præcepta contractiſſima, & Surſini affixam Nomenclaturam, memoriæ mandare? Non me latet Chryſoloram, Laſcarim, Gazam, Moſchopulum, natione Græcos fuiſſe; & quia intermortuum huius linguę ſtudium rurſus excitarunt, magni à nobis faciẽdos: vetuntamen me vobis accommodo, proponendo id quod breuiſſimum, & facillimum. Quod ſi quis ſit inter vos peritior, cui Camdenus non vſquequaq; ſatisfacit, habet Friſchlinum & Baillium, in Accentibus delineandis vberiores, Ramum & Sylburgium, in methodo concinniores; Clenardum & Anteſignanum, in verbis fuſiores; Cruſium & Gualperium, in partibus indeclinabilibus elucubratiores; in carmine Claium pleniorem, in Syntaxi Poſſelium præſtantiorem; his Etymologicon magnum Sylburgij, Cornucopiam Garthij, Poſſelij Caligraphiam. Dinneri Epitheta, Rulandi ſynonyma, Friſchlini, Iunij, Megiſeri Nomenclaturas cui lubet, addat. Sed diſtrahit (ni fallor) tyrones hæc varietas, vnum igitur Camdenum, & (quem dixi) Surſinum vobis cõmendo.

--hæc exemplaria græca
Nocturnâ verſate manu, verſate diurnâ. Horat.

Quadraginta quatuor (tot habet tantũ Camdenus in octavo) paginæ, quàmcitò percurruntur? Quam ci-

.193. τὸ percurruntur? quàm citò duo millia centum nona-
3144. ginta tria primatiua, quæ in Surſino; vel ad ſummum, tria millia ducenta quadraginta, quatuor, quæ in toto Scapula, memoritèr recitantur? At ſi hæc primò, ſedulò & ſolidè eſſent iacta fundamenta, pauxillulũ eſt quod reſtat vlterius, græci eſtis. Ego autem quæ meæ partes ſunt, ab ornatiſſimo Collegij huius Rectore, & conſultiſſimis quinq; ſenioribus deſtinatæ, praxin Grammatices & Rhetorices, in Iſocrate (pro meo modulo) vobis oſtendam. Is verò quam terſus, & vinctus ſit orator, Cicero, Quintilianus, Chytræus, & (quem præcipuè à vobis conſultum vellem) textus ipſe loquatur. Hoc tantũ interſero, quod ſuppeditabit Wolfius, vt in cæteris orationibus cæteros, ita in hac laudatione Buſiridis ſeipſũ Iſocrates ſuperauit. Detrahat forſan aliquid huius nitori, mea balbutiens interpretatio, indigna vobis, indigna re, indigna maioribus quorum ſedem occupo: verùm deſpicatui non erit æquis cenſuris, conatus induſtrius.

Democharis. μὴ μνήσα βαιοῖσι χάρις ἔαοῖσιν ὀπηδεῖ
Cicero.

Deniq; cum illud ſit meum ὕστερον πρότερον ἐμφικῶς docendo diſcere; ſagacis veſtræ ſit προνοίας; ea hic prius diſcendi, quæ poſthac doceatis. Atq; hæc ſunt, quæ procœmij vice, more loci, proponenda vobis iudicaui. craſtino die Iſocratem pro Buſiride perorãtem, σὺν θεῷ accipietis.

Σχεδίεια.

- Cuius partes duæ sunt,
  - 1 *Etymologia*, in qua cõsideranda sunt, vocis
    - 1 *Partes*
      - 1 *Litera*, Α α, Β β, Γ γ, Δ δ, Ε ε, Ζ ζ, Η η, Θ θ, Ι ι, Κ κ, Λ λ, Μ μ, Ν ν, Ξ ξ, Ο ο, Π π, Ρ ῥ, Σ σ ς, Τ τ, Υ υ, Φ φ, Χ χ, Ψ ψ, Ω ω.
        - quibus accidũt spiritus duo,
          - 1 *Asper*
          - 2 *Tenuis*
        - 3 ρ cõsonans
          - 1 Quorum alter vocali initiali semper affigitur.
          - 2 Quæ si sit υ, aspiratur, vt ὕλη. sic etiam
          - 1 Initiale, densatur, vt ῥώμη.
          - 2 In medio si sit geminũ, prius levigatur, posterius aspiratur. vt ἐῤῥώσω.

      Vide Scotum in Clenard. pag. 851. De literarum autem origine, nominibus, potestate, nexu, consule præcipuè Sylburgium & Gualperium in suis Grammaticis, quomodo autem numeros denotant, exactiùs tradit Crusius Gram. pag. 974. & Herodian. in fine Scapulæ.
      - 2 *Syllaba*, de quibus concinniùs Ramus, fusiùs in Vergaram Baillius,
    - 2 *Affectiones*
      - 1 *Accentus*
        - 1 Acutus
        - 2 Gravis
        - 3 Circũflexus

        quos planiùs tradit Frischlinus, plenius Baillius.
      - 2 *Notatio*, quâ quæritur an vox sit
        - 1 *Prima*, quales numerantur à Scapula 3244. de quibus Nomẽclaturæ Frischlini, Megiseri, Iunij & Surfini in fine Camdeni, &c.
        - 2 *Derivativa*, quas Lexica Stephani, Scapulæ, Etymologicon vetus, & Fungeri novum, copiosè exhibent.

3 *Spe-*

- 1 Articulus.
- 2 Nomen
  - 1 Substantivum.
  - 2 Adiectivum.
- 3 Pronomen.
- 4 Participium *quia à Verbo attexitur.*

1 *Casus*, qui: 1 Nominativus, 2 Genitivus, 3 Dativus, 4 Accusativus, 5 Vocativus

1 *Declinatio*, per: 2 *Genera*, *Masculinum*, *Fœminum*, *Neutrum*, &c.

3 *Species*, est enim vel 1 *Numeri* singularis, Dualis, & Pluralis. cuius flexio est vel

2 *Coniugatio*, per
- 1 *Modos* 5, Indicativũ, Imperat. Optat. Subiunct. Infinitivum.
- 2 *Tempora* 9, præsens, Imperfect. Perfectum, Plusquamperf. Aoristum *primum* & *secundum*, Futurum *primum* & *secundum*, Paulo post Futurum.

& est verbum.

2 *Sine Numero*, Adverbium, Coniunctio, Præpositio, Interjectio.

2 *Syntaxis*, de qua aliàs.

Et hæc quasi proœmij vicè, libanda saltem in limine; tractatus sequitur, advnguem memoritèr tenendus: eo consilio in sex tributus portiones, vt cujuslibet diei in septimanâ pensum, & distinctiùs cognoscat tyro, & fœliciùs absolvat.

Sectio. I.

De Articulo.
1 Præpositivo ὁ Hic.
2 Subjunctivo ὅς Qui.

	S.					D.				P.					
	N.	G.	D.	Ac.	V.	N.A.	G.D.	V.	N.	G.	D.	Ac.	V	
M.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν		τὼ	τοῖν		οἱ		τοῖς	τοὺς		ſic ὅς ἥ ὅ
F.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν	ὦ	τὰ	ταῖν	ὦ	αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς	ὦ	& ὃς.
N.	τὸ	τοῦ	τῷ	τὸ		τὼ	τοῖν		τὰ		τοῖς	τὰ		
M.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν		ὼ	οἶν		οἱ		οἷς	ἅς		Ita ὅστις, ὅτις
F.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἣν		ἁ	ἄἶν		αἵ	ὧν	αἷς	ἅς		ὁστισοῦν, com-
N.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ		ὼ	οἶν		ἅ		οἷς	ἅ		posita.

Cujus Declinationes sunt { 1 Quinq; simplicium. / 2 Quinq; etiam Contractorum.

	N.	G.	D.	Acc.	
Prima, est masculinorum in	ας / ης	ου / ω	ᾳ / ῃ	αν / ην	1 Vocativus in α vt λῃστὰ ὦ λῃστα, nisi in proprijs nominibus quorum Nominativus exit in ης, vt χρύσης, ὦ χρύσης: Crus. 2 Dualis Nom. Acc. & Voc. in omnibus declinationibus sunt similes, hìc autem cum Plurali, formam sequitur articuli fœmini sublato τ, *Clenard.*
Secunda, est fœminorũ in	α / η	ης / ης	ᾳ / ῃ	αν / ην	1 Finita in δα, θα, ρα, & α purum, retinent α in genitivo & dativo, vt λύδα, ας, ᾳ. 2 Dualis & Pluralis, perinde se habent, vt in declinatione primâ.
Tertia, est Mal. Fœm & com. in	ος	ου	ῳ	ον	1 Dualis & pluralis articulum sequũtur masculinum, in masculinis & fœmininis, Neutrũ verò, in neutris: sed
Neutrorum verò in	ον	ου	ῳ	ον	2 Neutrorum Nom. Accus. & Vocat. in omnibus numeris sunt similes, & in Plurali in α desinentes, vt apud Latinos. Ab hac autem

Quarta, Attice descẽdit: mutando

1 ο, υ, & α in ω: οι verò in ῳ cum ι subscripto.
2 Penultimam α in puris, si longa sit, in η, vnde à λαὸς in declinatione tertiâ, fit λεὼς in quartâ, retento interim (vt in communi dialecto) accentu, quantacunq; sit vltima, vt ἄνεῳ ἄνεως.

τὸ βῆμα τοῦ μέλι τοῦ ἄστυ ἅλιπαὶ ὄϊλλιν τὸ πέλαρ ὦ δαὶς ὦ θρὶξ ἀφλοῖψ

Quinta imparisyllabica omnia comprehẽdit genera, terminationes verò 9. è quibus sunt

1 *Vocales*, ᾰ, ῐ, ῠ, Neutra. ᾱ, Fœminina.

2 *Consonantes*, ν, ρ, σ, ξ, ψ, quæ genere variant: In εν tamen sunt *Substantiua*, Masculi. *Adiectiua* Neut. In εν, ον, ιν, ος, omnia Neutra, vide Antesig. in Clen.

G. D. A. Voc. ος, ι, α, varius
D. NAV. G. D. ε, οιν,
P. ες, ων, σι. ας, ες, ξι, α, α, ψι.

Peculiaris est hic formatio

1 Accusativi singularis, vbi

ις è genitivo dant ιν vel ω. 1 puro, ιν vel ω. 2 nõ puro, α vel ν. in Accusativo singulari; vt 1 ὄφις, ὄφιος, ὄφιν, βότρυς, βότρυος, βότρυω. 2 ἔεις, ἔειδα, ἔειν.

υς ἀυς & ευς, dant ᾶυ & ῦν, vt γραῦς γραῦν, βῶς βῶν, excipe ναῦς πόδα, & ὄδους ὄδοντα.

2 Vocativi singularis, in quo

¶ Excipe ἀλὶς πὶς ὀδὼς ναῦ δαὶ σὺς ὠδὲς.

1. εὶς, ις, ευς, υς, ευς abiiciunt σ; vt κλεὶς κλεὶ, ϛᾶ παις ϛᾶ παῖ, χαλκεὺς χαλκεῦ, μῦς μῦ, ϛῆς ϛῆ, Gualper.

2. ν & ρ amittunt ος genit: vt ἄρσην ἄρσεν ὦ ἄρσεν, quò spectant etiam hæc acutitona, ἀνὴρ, δαὴρ, πατὴρ, σωτὴρ, ὦ ἄνερ πάτερ, &c.

3 Dativi pluralis, hoc modo.

1. ξ, ψ, & diphthongus, addunt ι Nominativo singulari, vt κόρραξ κόρραξι, ὦψ ὦψι, ναὺς ναῦσι, eximas, ἓξ ὠσὶ, πᾶς ποσὶ,

2. ης, mutat ος genit: cõtracti in άσι, vt πατὴρ πάτρος πατράσι, ἀνὴρ ἄνδρος ἀνδράσι.

3. *Cætera, asciscunt* σ ante ι dativi singularis, excludentia δ, θ, ν, τ, & addendo ι post ε, & υ post ο, ut penultima fiat longa; sic λέοντι λέυσι, πδέντι τιθεῖσι.

Masc. Propria, vt ὁ ἀεὶ ϛολίτης.

Fæm. in ώ pure, vt ἡ τερπώ.

Adiect. in ης & ες, vt ὁ ϰὴ ἀληθὴς, ϰὴ τὸ ἀληθὲς, τὸ τεῖχος.

Prima est Mas. Fœ. & Cõ. in ης
Sed Neutrorum in ες & ος

Contractorum Declinatio.

ους	ει	η	η	οῖν	εις ῶν	εις	εις	Itaq; cõtrahũtur omnes obliqui præter Dat. Plu.
εος	ἔι	εα	ες D.	ει	εοιν P.	εες	εων	εσι	εας	εες
	ες			η		η	η	
	ος			εα		εα	εα	

ralem, *Ac.* & *Voc.* sing. Neut. & nonnullos Issyllabicos Propriorum, vt Σωκράτης Σωκράτιν. Sc.

Secunda est Masc. Fœm. & Com. in ις Neutrorũ in ι, cuius contractiones sũt (quib. à quintà simpliciũ variat) in

1 Dat. Singulari, ι in ι, ὄφιι ὄφι.
2 Nominat. Accusat. & Vocat. plural. ιες, & ιας, ις, vt ὄφιες, & ὄφιας ὄφις.
3 Neutrorum plur. ια, ι, σινήπια σίνηπι.

1. ὄφις
2. verbal. in σις ξις ψις fœminina. vt φραστις, πρᾶξις, ὄψις.
3. τὸ σίνηπι.

Tertia est Masculinorum tantùm in ευς, quorum Dativus sing. Nominativus, Accusat. Vocat. Dualis, & Pluralis, contrahuntur more declinationis primæ, vt βασιλεῖ, λεῖ, βασιλέε, λῆ, βασιλέες & βασιλέας, λεῖς.

βασιλεύς.

Quarta est Fœmininorũ in ὼς ὼ quorũ contrahitur singularis

G.	ὁος	ους	vt	ἠχόος	ἠχοῦς
D.	ὁϊ	οῖ		ἠχόϊ	ἠχοῖ
A.	ὁα	ὼ		ἠχόα	ἠχὼ

1 Vocativus sing: est similis Dativo.
2 Dualis & plur. sequũtur formã tertię declinationis simplicium.

ἀηδὼς.
ἠχὼ.

Quinta est Neutrorum tãtùm in ας pur ũ & εας quorum contractio fit eliso τ, in genitivis, in ω, in reliquis casibus, in α longum, vt Gen. κέρατος, κέρατος, κέρως, Dat. κέρατι, κέρατι, κέρᾳ.

κέρας.
κέρατα.

Sectio. 2.

Adiectivorum.

	M.	F.	N.			
Quædã mouẽtur per tria genera & terminationes	1 Tres	1. ας, αινα, αν.		vt	πάλας, πάλαινα, πάλαν, excipe μέγας, μεγάλη, μέγα, & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, cũ compositis.	E quibus desinẽtia in ων, ις, ως, αξ, αρ, non comparantur.
		2. ης, εινα, εν.			χαρίεις, εισα, χαρίεν.	
		3. ος pur ũ, & εος, Fα, Nον,			ἄγιος, ἁγία, ον. πονηρὸς, ρὰ, ρὸν	Excipe ἐλάχιστος, η, ον.

Præter ἄλλο τοῦτο. τοιοῦτο τηλικοῦτο. τοιοῦτο. αὐτὸ. ἐκεῖνο

	sed os impu rũ, n & ov. cõ- positũ est cõ- munis gene- ris.		ἀγαθὸς, ἀγαθὴ, ἀγαθὸν, sed ὃ ὁ ἢ ἄμορφος, τὸ ἄμορφον.	Reliqua verò crescunt per τερος & τατος, præter nonnulla in υς, quæ admit tunt etiam ἴων & ἴστος, de quibus, & de irregularibus, consule Grammaticos.
	4 υς, ια, υ, Sed post cõ- tractionẽ, purum, aut præcedente ρ, F. α, N. υν, composita sunt cõmu- nia.		ἁπλοῦς, ἁπλῆ, ἁπλοῦν. ἐριοῦς, ἐριᾶ, ἐριοῦν. ὁ ἢ ἓν υς, τὸ ἓν υν.	
	5. υς, εια, υ, Sed compo- sita sunt cõ- munia.		γλυκὺς, εῖα, γλυκὺ. ὁ ἢ φιλόδακρυς, τὸ φιλόδακρυ.	
	M. & F. N.			
2 Duas.	1. ων ον.		ὁ ἢ τέρων τὸ τέρον.	
	2. ης ες.		ὁ ἢ ἀληθὴς τὸ ἀληθὲς.	
	3. ις ι.	vt	ὁ ἢ φιλόπατρις, τρι.	
	4. ων ον.		ὁ ἢ ἄφρων, τὸ ἄφρον.	
	5. ως ων.		ὁ ἢ μονόχρως χρων.	
3 Vnam	1. αξ, vt ὁ ἢ τὸ ἄρπαξ ἅρπαγος.			
	2. αρ, vt ὁ ἢ τὸ μάκαρ μάκαρος.			

Sunt

Sunt
- 1 Primativa, 3.
  - 1 ἐγὼ, ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, D. νῶϊ, νῶϊν.
    μοῦ, μοὶ, μὲ, νὼ, νῷν. P. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.
  - 2 σὺ, σοῦ, σοὶ, σὲ, D. σφῶϊ, σφῶϊν.
    σφὼ, σφῷν. P. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς
  - 3 ὅς, οὗ, οἷ, ἕ, D. σφωὶ, σφοῖν.
    σφέ, σφίν. P. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς
- 2 Possessiua 8. ἐμὸς, σὸς vel τέος, ὅς vel ἑὸς, νωΐτερος, σφωΐτερος, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος, quæ vt adiectiva trium terminationum variantur.
- 3 Demonstrativa 3. ὅδε, αὗτη, τόδε, ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, ὁ κῆ ἡ κῆτο δεῖνα vel δεῖς, δεῖνος vel δίναλος, δεῖνι & δίνατε δεῖνα.
- 4 Relativum, αὐτὸς αὐτὴ, αὐτό: vt Possessiva superiora.
- 5 Composita 3. ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ, quæ Genit. Dat. Accus. singularem tantùm habent.
- 6 Gentilia 2. ἐμοδαπὸς, ὑμοδαπὸς, quorum Interrogativum ποδαπὸς, & flectuntur vt Possessiva, Gualp.

Sectio. 3.

De Verbis

Quæ sunt vel
- 1 Analoga, quorũ coniugationes sunt 13.
  - 1. Barytonorũ 6. in ω
  - 2. Cõtractorũ 3. in ῶ
  - 3. Verborum in μι, 4.

  quibus triplex accidit forma
  - 1 Activa.
  - 2 Passiva.
  - 3 Media.
- 2 Anomala.
  - 1 Impersonalia
  - 2 Heteroclita.

  de quibus vide fusiùs Grammaticos.

Excipe πλώ πλώω πλάσω πτίλω πτίω, φοβήθω, ἐρέω ἀστω, ἰμάσω ἰνάσω, πάσω, λεύσω, βράσω, νάσω φλίσω, quæ Futurum dant σω. vt contrà χειτλιαζικὰ αἰάζω, σεισάζω cum quibusdam aliis, habent Fut. ξω. vide Chalcon: pag. 123. & Gualp. pag. 72. κλίσις 1. χρονικὴ 2. φωνηεντικὴ. Chrysoloras.

Præs. Fut. Præt.

Barytonorum *Indices*, sive *Characteristicæ*, sunt Coniugationis horũ autem variatio est vel

1. π, β, φ, πτ, | ψ | φα | vt τίπτω, τέτυφα.
2. κ, γ, χ, κτ, | ξ | χα | πλέκω, πλέξω, πέπλεχα.
3. τ, δ, θ, | σ | κα | ἀνύτω, ἀνύσω, ἤνυκα.
4 { ττ vel τ | ξ | χα | πράττω, πράξω, πέπραχα.
{ ζ | σ | κα | φράζω, φράσω, πέφρακα.

5. λ, μ, ν, ρ, & sic Fut. vltimâ circumflexâ. præt. κα, vt ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα.

6. ω purum, Fut. σ. Præt. κα, vt πάω, πάσω, πέπακα, & caret pleruuq; Aoristo & Futuro secundo, cum Præterito medio.

1 *Temporalis*, in quâ est formatio temporũ à se invicem, *in*, & *ex* Indicativis, cui accidit augmentum duplex

1 *Syllabicum*, cùm verbũ incipit à Cõsonante, tum enim (ε) præfigitur, *Imperfect. Plusquamperfect. & duobus Aoristis*, modi tantùm Indicativi, vt τάττω, ἔτατταλον, ἐτετάχειν, ἔταξα, ἔταγον.

2 *Temporale*, in verbis à vocali, aut diphthongo mutabili inchoantibus, tũ siquidem [k] mutãtur in prædictis temporibus α, ε, αι, in η: ο & οι, in ω: αυ in ηυ. Quam simplicium etiam sequũtur formam. 1. *Composita cum Nomine*, 2. *Cũ ὁμῶς* vel ὁμῦ, 3. *Cum α, particulâ privatiuâ*, 4 *Cum præpositione non mutante* significationem verbi: in cæteris, 1. *Aut augmentum* inter præpositionem & verbum *interseritur*, præsertim compositis ab εὖ & δυς, vt εὐεργετῶ εὐηργέτουν, δυσαρεστῶ, δυσηρέστουν; 2. *Aut preponitur* simul & interponitur, vt ἐνοχλέω, ἠνώχλουν.

2 *Personalis*, vnde personarum & numerorum, in omnibus modis simplicitèr patet deductio. Vtrũq; in singulis perpendemus.

[k] Nisi in ἄω ἄομαι, ἀηδέω ἀηδίζομαι, ὀιδάω, ὀικτρίω, ὀιμάω, ὀιπόω, ὀισρίω, ὀιωνίζομαι, cum quibusdam aliis, quæ augmentum non admittunt, & ἐάω, ἕζω, ἕδω, ἕλω, ἕλκω, ἕπομαι, ἕπω, ἑρίω, ἑρύω, ἕρπω, ἐργάζομαι, ἑστήκω, ἑστάω, ἵεω. quæ mutationis vice, ε adsciscunt, sed ἑρπάζω ἁρπάζω. Gualp p. 80

Va-

In voce Activâ, formatur

1 A Præsenti

1 Imperfectum,
- 1 Mutando ω in ον, & vt πάτλω ἐπάτλον, ῥίπτω ἐῤῥίπτον, ῥ geminato, φ in cæteris α ῥ inchoantibus, est observandum.
- 2 Præponendo augmentũ

2 Futurũ primũ,
- 1 In sextâ Coniugatione, ponendo σ ante ω, vt πίω, πίσω.
- 2 In quintâ, circumflectẽdo vltimam, & corripiendo penultimam.
- quæ si longa sit ratione
  - 1 Positionis, abjicitur
    - 1 Consonans, vt τέμνω, τεμῶ.
    - 2 Vocalis, vt φαίνω, φανῶ.
  - 2 Diphthongi posterior
- 3 In reliquis Conjugationibus, mutando indicem illius, in indicem huius, vt πάτλω, πάξω, sed θρέψω à τρέφω, θρέξω à τρέχω, ἕξω ab ἔχω, à fronte etiam assumunt aspiratam.

Quædam habent 2um Futurũ, vt τύψω: & τυπτήσω a τύπτω, γράψω & γεγραφήσω a γράφω: de quibus vide Gualp pag. 89.

2 A Futuro primo

1 Præteritum, præponendo ejus augmẽtũ, quod est vt Imperfecti, in Incipientibus à vocali, aut duplici cõsonante: aliàs repetitur cũ primâ thematis consonante, tenuis saltem pro aspiratâ, & In

1 Quintâ Cõiugatione, Futurũ
- 1 Dissyllabum mutat ε penultimã in α, modò Futurum non desinat in μω, vt ἕλω ἕλα.
- 2 λῶ vel ῥῶ, mutat ῶ in κα. μω in μηκα, vt ψαλῶ ἔψαλκα, σπερῶ ἔσπαρκα, νεμῶ νενέμηκα.
- 3 νω, mutat νω in
  - κα, in Dyssyllabis
    - 1 ενω vt κλεπῶ ἔκλακα, κρινῶ κέκρικα,
    - 2 ινω
    - 3 υνω vt θυνῶ τέθυκα.
  - 2 γκα in cæteris, vt φαγῶ πεφαγκα,

Reliquis mutatur tantũ n terminatio & Index illius in huius, vt πάξω, πέπαχα, ῥίψω ἐῤῥίφα augmento imperfecti retẽto.

Sic etiam in inchoantibus a λ, μ. & mutacum liquidâ, præter γν & γρ. Clenard.

2 Ao-

Characteristicam Futuri non assumunt, ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα, εἶπα, ἦνεγκα, ἔχευα, ἔλπα, ἔκπα, vt faciunt cætera. Gualp pag. 85.

2 Aoristus primus, 1 Augmentum Imperfecti præponendo. 2 Mutando terminationem illius in huius. 3 Producendo penultimam futuri quintæ coniugationis, mutando α in η, ε in ει. vt ψαλῶ ἔψηλα. αἰρῶ ἔαρειμαι.

3 A perfecto pluſquamperfectum, præponendo eius augmentum, & mutando α in ειν, vt τέτυχα ἐτετύχειν.

4 Ab Imperfecto Aoriſtus ſecundus, penultimam corripiendo, quæ ſi lóga ſit

1 Poſitione, in 1 quartâ coniugatione, mutatur Index in 1. γ, ſi Fut. ſit ξω, vt τάξω, ἔταγον, ἔτυγον. 2. δ, ſi Fut. ſit σω, vt φράσω, ἔφραζον ἔφραδον
2 Reliquis, abiicitur poſterior conſonans, vt ἔκαμνον ἔκαμον.

2 Diphthongo, abiicitur poſterior vocalis, niſi in ευ & ει, vbi prior eliditur, vt ἔφευγον ἔφυγον, ἔλειπον ἔλιπον: ει tamen in quintâ coniug. in Diſſyllabis, mutatur in α, vt ἔαρειγον ἔαραρον: in triſſyllabis, in ε, vt ὤφειλον, ὤφελον.

3 Vocali η vel ω, tranſeunt illæ in α, ſicut etiã & ε; vt ἔλημβον ἔλαβον, ἔτρωγον ἔτραγον, ἔδρεκον, ἔδακον: excipe ἔλεγον, ἴκλεπτον, ἔφλεγον, ἔτεκον.

Inuſitatum eſt hìc, & in voce media, niſi in quibuſdam Anomalis, & Ionicè. Anteſig.

5 Ab Aoriſto ſecundo Futurum ſecũdum, dempto augmento, & ον in ῶ mutato, vt ἔταγον ταγῶ.

6 Reliqui modi & Participia à ſuis Indicativis, mutando terminationes illorum in horum, commemorando Imperf. cum Præſentibus, Pluſquamperf. cũ perfectis, ſublato demum augmento in Aoriſtis.

Variatio perſonalis (vbi μεν primæ pluralis excludit primam Dualem, & (ι) tertiæ pluralis, ſecundam & tertiam Dualis reddit ſimiles.)

1 In-

Est in

- 1 Indicativo quadruplex
  - 1 S. ω, εις, ει / D. ελον, ελον / ει, ει / P. ομεν, ετε, ουσι / ῦ, ῖ F. 2 — sic — 1 Præsens — vt — τύπτω
    - 2 Futurũ 1m — vt — τυπξω
    - 2m — τυπῶ
  - 2 S. ον, ες, ε, / D. ελον, έλλω / P. ομεν, ετε, ον, — ita — 1 Imperfectum — vt — ἐτυπτον.
    - 2 Aoristus secundus — ἔτυπον.
  - 3 S. α, ας, ε, / D. αλον, αλον / άλλω / P. αμεν, ατε, ασι / αν — ita — 1 Perfectum — vt — τέτυπχα,
    - 2 Aoristus primus — ἔτυξα.
  - 4 S. ειν, εις, ει, / D. ειλον, είλην / P. εῖμι, εῖλε, εῖσαν — sic — Plusquã perfectũ vt ἐτετύχειν.
- 2 Imperativo duplex — S. ε, έτω / D. ελον, έλων / P. ελε, έλωσ — sic omnia formantur tempora præter Aoristũ primũ, qui ita variatur. — ον, άτω. / αλον, άλων. / αλε, άλωσ. — caret Futuris, vt etiam Subiũctivus.
- 3 Optativo duplex — S. οιμι, οις, οι. / D. οιλον, οίλλω / P. οιμεν, οιλε, οιεν. — ita omnia tempora præter Aoristum primum
  - 1 Communem, S. αιμι, αις, αι, D. αιτον, αίτλω. P. αιμεν, αιλε, αιεν.
  - 2 Æolicum, S. ειαι, είαις, ειε / D. είαλον, ειάτην. P. είαμεν, είαλε, ειαν.

4 Subiunctiuo vnica, S. ω, ῃς, ῃ, D. ηλον, ηλον, P. ωμεν, ητε, ωσι.

Infinitiuo triplex.
- 1 Omnia tẽpora præter — ειν
- 2 Perfectum εναι: &
- 3 Aoristũ primũ αι,

Quorũ participia.
- ων, υσα, ον, οντος, υσης, οντος.
- 2 ὼς, υῖα, ὸς, ὸλος, ὑιας, ὸλος.
- 3 ας, ασα, αν, αντος, ἀσης, αντος

Vocis Passivæ.

Formantur Tempora.

1 Indicativi

1 A suis Activis

1 Præsens
2 Imperfect.
3 Aoristus 2.

mutando

1 ω in ομαι, vt τάπτω, τάπτομαι.
2 ον in όμην, vt ἐτάπτον, ἐτάπτόμην
3 ον in ων, vt ἔταγον, ἐτάγων.

4 Perfectū mutādo

1. α, in μαι.

2. Indicem illius in Cō. iugatione

1ª In μ, vt γέγραφα, γέγραμμαι.
2ª In γ, vt λέλεχα, λέλεγμαι.
3ª In σ, vt πέπληκα, πέπλησμαι.
4ª In γ, & σ, vt in 2. & 3. vt τέτακα τέταγμαι, πέπρακα πέπρασμαι.
5ª Abjiciendo; nisi vbi γκα vertitur in μμαι, vt πέφαγκα, πέφαμμαι.
6ª Modò mutando in σ, e penultimâ activâ brevi, alitèr abjiciendo. vt τετέλεκα τετέλεσμαι, πεποίηκα, πεποίημαι excipe ἧκα σμαι, τέθραυσμαι, & quædā alia α assumentia. Gual. per. pag. 99.

2 A Perfecti personâ

1ª Plusquamperfectum, mutando μαι in μην, & augmentum addendo, vt τέταγμαι ἐτετάγμην.
2ª Paulo-post Futurum, vertendo αι in ομαι, vt τέταξαι τετάξομαι.
3ª Aoristus primus, mutando αι in ην, & tenues ante αι, in suas aspiratas, vt τέτακται, ἐτάχθην; ἔσφαπται ἐσφάφθην repetens amissum (ε) pauca variant, assumendo σ, & (ε) pro (η) in penultimâ. Gual p. 102,

3 Ab Aoristo

1° Fut. pm, deponendo augmentū, & mutando γ in σομαι, vt ἐτάχθην ταχθήσομαι.
2° Fut. 2m eodē modo, vt ἐτάλην ταλήσομαι

2 Perfecti

1 Imperativi, à 2ª singulari Perfecti Indicativi, mutando αι in ο, vt τέταξαι τέταξο.
2 Infinitivi, à 2ª eiusdem Duali, mutando ον in αι, vt τέταχθον τέταχθαι.

3 Reliquorum modorum & Participiorū ab his, vt anteà dictum fuit in Activâ.

Diffyllaba n Coniug. 1. liquidam ante (ι) habentia (ι) vertunt in α vt ἱστρφα ἱσταμμαι τέτρφα τέτραμμαι.

For-

Eſt in
1 Indicativo, triplex
1 S. ομαι, η, εται. D. όμεθον, εσθον, εσθον. P. όμεθα, εσθε, ονται.
Sic formatur Præſens, cum Futuris tribus nempe, ταττομαι, ταχθησομαι, ταγησομαι, τεταξομαι.
2 S. όμην, ου, ετο. D. όμεθον, εσθον, έσθην. P. όμεθα, εσθε, οντο: ita variatur imperfectum, & Aoriſtus ſecundus medius, ſcilicet ἐτατ̃όμην, & ἐταγόμην.
3 S. In cõiugatione
1 5 μμαι, φαι, πται, ψται,
2 2 γμαι, ξαι, κται,
4 4
3 3 σμαι,
4 σται
5 5 μαι,
6 6
D. μεθον, σθον, σθον. P. μεθα, σθε, μένοι εισὶ. ſi tertia ſingularis deſinat in ται impurum, vt τέτακται τέταγμένοι εἰσὶ: aliter fit àtertiâ ſingulari, ponendo ν ante ται purum, vt πέπεμπται, πεπέμπασι, à qua etiam ſecunda & tertia Dualis, & prima pluralis formantur mutato αι in ον, & tenuibus in aſpiratas, vt τέτακται τέτακχθον, τέταγθε. & iſta eſt ſolum forma perfectorum.
4 S. μην, ο, το. D. μεθον, σθον, σθην. P. μεθα, σθε, μένοι, ἦσαν vel ην (vbi præteritum eſt ην:) ita tantum Pluſquã perfectum, vt ἐπεπάγμην.
5 S. ω, ῃς, ῃ. D. ωμεν, ῆτον, ῆτην. P. ωμεν, ῆτε, ῶσαν. Sic Aoriſtus primus, & ſecundus, vt ἐπάχθω ἐπάγω.
2 Imperativo, triplex
1 S. ε, έτω. D. εσθον, έσθων. P. εσθε, έτωσαν. Sic præſens & Imperf. vt τάττε, ταττέτω.
2 S. ο, έτω. D. σθον, σθων. P. σθε, όντωσαν. Sic Perfectum & Pluſquamperf. vt τέταξο. (τάχθητι, τάγηθι.
3 S. ηθι, ήτω. D. ητον, ήτων. P. ητε, ήντωσαν. Sic Aoriſti
Niſi præcedat aſpirata, tum enim eſt euphoniæ gratiâ, vt πάχθητι πάχθητω Gual. pag. 103.
3 Optativo duplex
1 S. οίμην, οιο, οίτο. D. οίμεθον, οισθον, οίσθην. P. οίμεθα, οισθε, οιντο. ita Præſens & tria Futura, vt ταττοίμην, ταχθησοίμην, τεταξοίμην.
2 S. είην, είης, είη. D. είητον, είήτην. P. είημεν, είητε, είησαν. Sic Aoriſti, ταχθείην, ταγείην, & Perfecti in Barytonis, quod ad iſtã formam circumloquimur Participio & verbo ſubſtantivo: in alijs verò, præſentis retinet terminationem, penul-

4 Subiunctivo duplex
- nultimâ (nisi in primis personis) circumflexâ, vt πεποιήμην, πεποίῃο, πεποίηται, &c. τεθείμην, πεθεῖο, τεθείται, &c.
- 1 S. ωμαι, ῃ, ηται. D. ώμεθον, ησθον, ησθον. P. ώμεθα, ησθε, ωνται. ita Præsens & Imperfectum τάπτωμαι.
- 2 S. ὦ, ῇς, ῇ. D. ῶτον, ῆτον. P. ῶμεν, ῆτε, ῶσι. ita Aoristi ταχθῶ, ταγῶ, & perfectum in Barytonis; aliàs vt Præsens variatur ad modũ optat: vt πεποιῶμαι πεποιῆ, πεποιῆται, &c.

5. Infinitivo, sic Omnia tempora Indicativi desinẽtia in
- 1 μαι & 2 μην faciunt
  - 1 Infinitivum mutando (ε) finale in α. Pluralis in αι, vt τάπτεσθε τάπτεσθαι. Aoristis vero addẽdo αι, id. personæ singulari, vt ἐτάχθην ταχθῆναι.
  - 2 Participia mutando μαι vel μην in μενος, μένη, μενον: sed Aoristi mutant ην in εἰς, εῖσα, εν; vt τάπτομαι ταπτόμενος, ἐτάχθην, ταχθεὶς, εῖσα, ἐν.

Vocis Mediæ.

Formantur tempora vel A suis Activis,

1 Aoristus 1 mutãdo
- 1 α in άμην, vt ἔταξα ἐταξάμην.
- 2 ον in όμην, vt ἔταγον ἐταγόμην.

1 Futurum 2 mutãdo
- 1 ω in ομαι, vt τάξω τάξομαι.
- 2 ῶ in ῦμαι, vt ταγῶ ταγοῦμαι: excipe ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι.

3 Perfectũ mutãdo
1 Indicem perfecti Activi, in indicem Aoristi secundi, vt τέταχα τέταγα, sed in sextâ coniugatione, κ tantum tollitur, vt λέλυκα λέλυα. Camd. Cruf.

2 Penultimã
- 1 Futuri
  - 1 ε in ο in disyllabis, vt πτερῶ πτορέα.
  - 2 ει in οι, vt πείσω πέποιθα.
- 2 Præsentis Activi
  - 1 αι in η, vt φαίνω πέφηνα.
  - 2 α in η, nisi in paucis, vt θάλλω τέθηλα.

2 A se invicem, vt à Perfecto Plusquamperf. mutando ε in ειν, & præponendo augmentum, vt τέτυφα ἐτετύφειν. Ab his autem, reliquorum modorum tempora & participia juxtà Analogiam formarum præcedentium.

Variantur.

Persona hoc modo.

1 In omnibus modis
- 1 Præsens & imperfectũ vt passiua sua.
- 2 Perfectũ & plusquãperfectũ vt Actiua
- 3 Futura vt præsens.
- 4 Aoristus secundus vt Imperfectum.

2 Aoristus primus.
- 1 Indicat. S. ἁμλιν, ω, ας, ε, D. ἁμεθον, ασθον, ασθην, P. ἁμεθα, ασθε, ασαν.
- 2 Imperat. S. αι, ἀτω, D. ασθον, ἀσθων, P. ασθε, ἀσαντων.
- 3 Optat. S. αἱμλιν, αις, αιτ. D. αἱμεθον, αισθον, αισθην. P. ἀιμεθα, αισθε, αιεν.

3 In Subiunctiuis ωμαι Aoristorum vt præsens.

4 Infinitiuus & participia sequuntur Canones Infinitiui actiui in præterito, passiui, in cęteris.

SECTIO. 5.

Circumflexa oriuntur è 6ª Barytonorum in εω, αω, & οω, cuius formam omninò sequuntur, nisi vbi,

Cõtrahũtur in præsẽti tẽ & In quibus in
- 1 ειω in εω, Fut. ήσω, præteritũ, ηκα, vt πνέω, πνεύσω πέπνευκα. Excipe non nulla in 1. ίσω, 2. ίνω 3. vtrisq; de quibus Gualp. pag. 119.
- 1 Dissyllabis, 1ª singularis, 1ª etiã & 3ª pluralis (vti nec optativus, nec subiunctiuus) non contrahuntur, vt πλέω πλέομεν, πλέουσι, non πλῶ πλῶμεν πλῶσι.
- 2 Cæteris.
  - 1 Tollitur ε, vocali lõgâ vel dipthõgo sequẽte, vt πνέω πνεῖν, πνέοιμι πνοῖμι.
  - 2. εε contrahitur in ει, εο, in ευ: vt πνέεις πνεῖς, πνέομεν πνοῦμεν.

Quædam eximas in quibus ε, ι, λ vel ρ præcedit αω, vt ἰάω κοπάω δράω γελάω Fut ἀσω sed κράω & κλάω, ἀύσω. Sylburg. p. 99. Gualp pag. 131. 2. Præter ἀερέω ὀνόω ὁσω. Gualp pag. 142. Horum nõ-nunquam vicem supplent cir. cumflexa reduplicationem habentia, vt πιπρᾶ pro πίπρημι, tanquam à πιπράω ὠ: ἱςᾶ pro ἵςημι ab ἱςτάω, ὀιδᾶ pro δίδωσι à δίδω. Gualp. pag. 153.

Imperfecto, omnium formarũ & modorũ, & sũt coniugationis.

- 2 ε in αω ήσω ησα, vt ἐοάω βοήσω ἐβόησα: In quibus si sequatur
  - 1 ω, vel o quovismodo. 2 alia vocalis — contractio fit in ω, vt ἐοάω βοῶ, βοάουσι βοῶμι.
  - α — contractio fit in α, vt ἐοάεις ἐοᾷς, ἐοάϊτον, βοᾶτον.
- 3 in εω, ωσω ωκα, vt χρυσόω χρυσώσω κεχρύσωκα: in quibus si sequatur
  - 1 ω vel η, — contractio fit in 1 ω, vt χρυσόω, χρυσῶ, &c.
  - 2 ε vel ει, — contractio fit in 2 ει, vt χρυσόεῖτον, οῦτον, &c.
  - ο — 3 οι, vt χρύσοεις χρυσοῖς nisi in Infinitivo in ῦν, vt χρυσόειν χρυσοῦν.

Sectio. 6.

Verba in μι carent.

Futuro 2. Aoristo 2. passivo, & præterito medio, nisi in disyllabis 4. quæ retinent futurum & Aoristum secundũ. Trisyllabis verò deest optativus, & Subjunctivus, nec vltrà imperfectum inflectuntur, Gualper: Camden.

1 Origo est à verbis sextæ Coniugationis in εω, αω, οω, υω.

- 1 Mutando vltimam in μι, & vertendo penultimam, si sit mutabilis, in suam longam.
- 2 Præponendo reduplicationẽ, quę est vel
  - 1 Propria, aut,
    - 1 Repetita prima Consonans thematis cum ι, vt δίδω δίδωμι.
    - 2 Tenuis posita pro aspiratâ, vt πίπρημι.
  - 2 Impropria: cum (ι) tantum præfigitur, idq; fit cum verbum incipit vel à
    - 1 Consonanti, vt ῥάω ἵημι.
    - 2 Vocali, vt ἔω ἵημι.

Ho-

Horum

1 Activæ

4 Subiũctivi 3 Optativi 2 Imperativi 1 Indicativi

1 Præsenti, vbi persona secũda vertit μι in σ, tertia addit ι; vt τίθημι, τίθης, τίθησι; Dualis mutat σι in τον, & resumit vocales breues, vt τίθετον; inde τν in plurali dat μεν; με, τε, σι; vt τίθεμεν, τίθετε, τιθέασι. vnde

2 Imperfectum mutando μι in ν, & addendo augmentum, vt τίθημι ἐτίθην; secunda mutat ν in σ; tertia tollit σ, vt ἐτίθης ἐτίθη; Dualis adijcit τον & την, quas pluralis vertit in μεν, τε σαν, vt ἐτίθετον, ἐτιθέτην, ἐτίθεμεν, ἐτίθετε, ἐτίθεσαν. Sed

Vsitatius est hîc contractum in 3. Conjugatione, ἐτίθουν ἐτίθους ἐτίθου.

3 Aoristus secũdus fit, σω futuri mutãdo in ν, addito augmẽto, vt à θήσω ἔθην, & progreditur vt Imperfectũ.

1 Præs. & Imperf. à secunda plurali præsentis Indicativi, mutando τε, in θι, vt ἵστατε ἵστατθι, δίδοτε δίδοθι, sed τίθετε τίθεθι, euphonię gratiâ, & progreditur vt barytonon Aoristorum imperativi passivi: vnde fit

2 Aorist. 2. tollẽdo tantũ reduplicationẽ, vt { 1 θὲς vel θὴς; 2 στῆθι; 3 δὸς vel δὸθι } vt præsens

1 Præs. & Imp. in Cõiugat. { 1. ύω; 2. άω; 3. όω } ω & sequũtur formã Aoristorũ passivorũ in Barytonis. vnde

2 Aorist. 2. primâ syllabâ sublatâ, vt πτήσσω πτάσσω, ἔστην στάν, ἔδετην δόν.

1 Præsens & Imperf. à 1. plurali Indicativi, tollunt μεν & vertunt vocalem præcedentem in ω, vt τίθεμεν τιθῶ, ἵσταμεν ἱστῶ, δίδομεν διδῶ. indeq;

2 Aoristus secundus (reduplicatione

sub-

2 Variatio discrepãs à Barytonis, est tantũ in præsẽti, Imperfecto & Aoristo 2. idq; vocis

2 Passivæ & mediæ

5 Infinitivi

6 Participia

sublatâ) δῶ, σῶ, μῶ, & non deflectũt multùm ab Analogiâ Aoristorum passiuorum.

1 Præsens & Imperf. fiunt à 1. plurali Indicativi, mutando μεν in ναι, vt τίθεμεν τιθέναι: à quâ

2 Aoristus secundus abiectâ reduplicatione, & resumptâ lõgâ vocali, vt ἱστάναι στῆναι, excipe θεῖναι, δῦναι, εἶναι.

1 Præsentis & Aoristi secundi in Cõiugat.
- 1ª εἰς, εῖσα, ἐν.
- 2ª ὰς, ᾶσα, ὰν.
- 3ª ὲς, ῆσα, ὲν.
- 4ª ὺς, ῦσα, ὺν.

2 Reliquorũ. vt in barytonis:

1 Indicativo, præs. à 1. plurali Act. mutãdo μεν in μαι, vt τίθεμεν τίθεμαι, & sequitur formam perfecti passiui tertiæ Coniugationis. huius μαι, imperfectum vertit in μην, & eiusdem plusquãp: sequitur, procreans Aoristũ secundũ medium, tollendo reduplicationem, vt ἐτιθέμην ἐθέμην.

2 Imperat: σαι secũdæ sing: præsentis vertitur in σο, vnde Aoristus secundus, medius, vt πόθεσαι τίθεσο, vel τίθου θέσο ϗ θοῦ.

3 Optat: μην fit ex ω Act. & eodem modo Aoristus secũdus, vt τιθείην τιθείμην, θείμην in Aorist. 2°. medio tollẽdo reduplicationẽ

4 Subiunct. μαι additur Activis, & dictã legẽ sequitur Aoristus secundus, vt τιθῶ τιθῶμαι, θῶμαι.

5 Infinit: Præsens, Imperfect: Aoristus secũdus medius, & participia sequũtur regulam definentium in μαι vel μην Barytonorum sextæ Coniugationis, à quâ reliqua tempora non deflectunt.

At ἀ

Conclusio ad Lectorem.

ATq; ita compendio patet, tot flexuum expeditior (vt spero) semita; vnde peritiores, refricent quod excidit; imperiti discant. Obscuritatem praestabit vtilitas; tollet, aut adhibita cuiusvis Grammatice, aut vnicâ saltem septimanâ praelegentis adminiculum. Quacunq; hic desiderantur, sic priuatim habeo aliàs delineata, vt è latinis (quae didicimus) rudimentis commodè hauriantur. Quapropter non hìc quaerendũ, quod tradere non erat instituti; sed quae Latinorum non quadrarent normis Contractissima Paralipomena. *Quae si cordatioribus non erint despicatui, caeteri capiant an carpant, non pensi habeo.*

ὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διάκριδόν ἐστι νόημα,
ἀλλ' ὅσα θαυμάζεις, τῦθ' ἑτέροισι γέλως.
Δόξα μονῶ τῷ θεῶ.

FINIS.

VIX anno tradunt alij discenda; diebus,
Quæ tu das libro, sex (*Prideauxe*) tuo.

GVIL: HELME *Sac. Theol. Baceh.*